



# Canonici indocti Lutherani.

<https://hdl.handle.net/1874/353220>

Anton von Oei  
Campadenij, 4<sup>o</sup>  
Caescher. A. 26.  
3. 985.

De 46. 1. 109  
4164. 422

C A N O N I C I  
I N D O C T R I  
L V T H E R A  
N L

Argumentum Epistole.

**E**ccio, quod in epistola ad Reuerendum Misnensis eccl<sup>e</sup>  
siæ Antistitem Canonicos indoctos Lutheranos & se-  
minatores errorum Lutheri vocasset, respondet Cano-  
nici indocti, quatenus & qua ratione sint Lutherani.

САНОНИ  
ИНДОКТОРЫ  
ЛУТЕРЯНЦЫ

Gloriosissimo, superdoctissimo triumphato  
n Magistro nostro Magistro Ioanni Ec-  
cio Theologistæ Canonici indocti.



I P R A E T E R incitiam quam nobis impro-  
peras Ecci magnifice, nihil aliud etiā, Martino  
Luthero obiecisses, cui nos prudentia tuae vi-  
demur amplius quam veritati fauere. Territi sa-  
ne, portetoso, superciliosoq; magisterio tuo, no-  
strā frueremur felicitate, nempe suauissimo ru-  
ditatis beneficio, vt enim grūnosam, vobis Her-  
culibus vitam emetiuntur superi (imo ipsi immodica sciendi libi-  
dine & arrogantia quicquid id est mali vobis ipsis inuenitis) ita  
nobis tranquillam nō inuident. Proinde cum prope semper nul-  
lis noster tecto gaudentii & vmbra calamus insensus fuerit, ad-  
uersum te quoq; paratetur minime. Nam quę infania, quis furor  
indoctos (quos vocas) cum Apollinis filio, umbelles cūn fortissi-  
mo, obscuros cum clarissimo congregi? Non tam incogitantes,  
non tam oscitabundi, non tam stupidi, non tam saxeī sumus, vt  
quod omni propulsandum sit conatu, vltro adcerſamus pericu-  
lum, præsertim quod iampridem satis nobis perspicuum, nunq;  
tibi vel disputaturo, vel scripturo, forte ne mortuo quidein de-  
futura verba. Hactenus itaq; dū tu gloriæ studes impendio, nos  
tranquillitatē non tam imprudenter quam ignauiter cōsulimus  
Atqui nunc cum insignis tua modestia, quæ & improuerbiū cel-  
lit, Martinum Lutherum, vitæ sanctimonia nobis commendatū,  
ecclesiasticaq; Theologiæ vindicem diligentissimum, simulac li-  
berrium, priuatim & publicitus, Manichæū Vuickeſitā, Huifi-  
tam, & sexcentis nominibus aliis vocas Christianum haberī fer-  
re nequit, & vt ex nobis etiam aliquid tuae gloriæ ad crescāt, in  
epistola ad Reuerēdum Misnensis ecclesiæ Antistitem, quæ tua  
est columbina, adeoq; theologica simplicitas, nos quoq; piētissi-  
mo præfuli inuidiosos, toti orbī, quantū in te est, suspectos facis  
nos Lutheranos & illius errorū seminatores appellans, hoc est  
tuo iudicio, hæresiarchæ pessimi, sublīdarios, præsidia, amicos,  
& patronos, velimus nolimus, cogimur tibi ecclesiæ patrono, &  
assertori, filiorūq; leui cōſlatori & emūdatori aliquātā vitæ nr̄e  
rationē reddere, si forte hanc labē abſtergere liceat. Siquidem &  
te doctore hæreſeos crimen malignius quā vt a Chrifſiana mo-  
destia patiēter tolereſ. Possem⁹ aut (nā nec hoc indoctis negatū  
est, q; & suis nōnūq; ferociūt aculeis) exēplo strenuitatis tuae, mo-  
destiam remittere, stomachari, & plane debachari, niſi tuū nobis

A.ii, exploratū

~~etiam~~ est  
iniuria &  
verberib⁹  
afficere.

exploratum foret ingenium. Iterū quærīs quibus scabiem tuam  
offrices, iterū quærīs quos insigniter æccl̄es, vt neminē nō con-  
temptui habeas, nemini parcas, nullū nō lacebas, vt cū Ioseph⁹  
vnuſ oppugnes omneis. Parū tibi videtur cū doctis gerere bel-  
lum, indoctos etiā prouocas. & quasi cōfectū cū præceptoribus  
sit prælium, laevis & in discipulos & in patronos, ne quid reliqu⁹  
siet, quod non potentia brachii tui conteratur. Dein vbi vel nos  
compescueris, vel etiam nō pro arbitratu tuo successerit, caueāt  
sibi typographi, caueant præla, caueant vicina quæq; ne iniquo  
marte tecū dimicēt, adhuc ex recenti strage furibudo. Cæterum  
nobis innocētiā candoreq; nostrū tueri quā maledicētiā tuā  
respondere magis videtur operæ pretiū. Principio igitur, ne mu-  
liebriter cōtrixemur, cū inficias ire non potes, tot exemplaribus,  
adeoq; tuo ipso, cōuincētibus, hæc per te epistolę inserta, pro-  
feri in mediū, qua ratione id laetoriae imo cōuicii vel dissimulari  
vel æquius interpretari poterit, vt semel faceat similitas o-  
mnis. Nulla equidē in promptu est qua te excusemus, at plurimas  
nobis patrocinantur. Nam quid tu Ludderanū vocas, nēpe ho-  
minē pestiferis hæreticisq; opinionibus imbutū, satis & ad fasti-  
dium usque totius orbis auribus, licet in cassum, multo iam tem-  
pore instillasti. Quod si vel maxime obticuisses, nōne vere Chri-  
stianis odiosa p̄ se factiōnū nomina, etiā ea quæ ob beatorū pa-  
trū memoriam alioqui suspicēda. Videturq; id tibi nihil, nisi &  
agnomines seminatores errorum, quos pestilētissimos validius  
clamas quā cōprobas. Ad hēc ne te poenituisse dicti sciaſ, in mar-  
ginē Asterisci loco scribis, Canonici idocti Lutherani, timēs for-  
te, ne somniculosus lector præteruolat denuo censes admonen-  
dū. Sistat pedē, dicta diligentius secū ppendat, fidelius memoria  
reponat. sibi caueat, tibi grātē & applaudat, nobis succenseat.  
Vides hic bone vir, insignite hic oīa magis ad exulcerandos, quā  
cōciliandoſ animos attinere, atq; adeo vt plane merearis talio-  
nē reportare. Cæterum id nostro ablidit instituto, lege igitur si  
magnificētiā tua nō deditur, quid nobis virū dei cōciliari,  
& quatenus Lutherani simus. Nō est quod suspicere, priuatarū  
affectionum studia. Haud tāta inter nos familiaritas intercedit.  
Nulla hic lucelli spes. Ex mendicātiū familia est, eleemosynis vi-  
uit, sed nouādarū rege, nos cepit cupidō, nō illa pacis, & concor-  
diæ disturbatrix, sed conciliatrix. Quia enim sæculi huius ferrei  
moribus, nihil est deprauatius, nihil corruptius, quibus hic mede-  
ri sua eruditioſe studet dū pacē annūciat, obediētiām prædicat,  
humilitatē cōmendat, & nihil inuitius agens quā quod tecū & cū  
tui similibus rixando bonas horas male perdere cogitatur. Contē-  
ptum

ptum mōdanarū rerū, gloriā cœlestiū, Christianismi scopū subin  
de monstrat, ambitionē execratur, auaritiā cleri abominat, simo  
niam & Rhomanæ rapacitatis imposturas cæterasq; pestes pro-  
scindit. Quis nisi mente motus malignissimorūq; morū furcifer  
tatas aboleri pestes, non optarit? Quis Christianus regnū Chri-  
sti nolit quod immutet, innouet, & emendet omnia? Quis nostre  
imperitiæ sugillationem abhorrens nō habet in votis, vt profla-  
gatis sterilibus, infelicibus, & ingeniperdis restituant fœcundio  
ra, beatiora, sanctiora; literarū studia? Utinam autem vt reflore  
scere bonas artes, ita & mores redire videamus, id quod Marti-  
ni est studium. Tu vero magistrū honestatīs impugnas, & qđ ad  
literas pertinet, nouos cōlarcinas commētarios ad perdēdas ge-  
nerosas adolescentū indoles, quasi nō iam ante nugis simus ad-  
obruti. Porro minori periculo intētatur hæc nouandarū rerū cu-  
piditas, quā verbosius expurgetur, sed si omnino id in nobis dā  
nabīz, posthac fortassis non vſq; quaq; indocte satisfacturi sumus  
Accedit ad hæc causarū præcipua. Pius magus est Lutherus, in-  
doctos nostri generis sibi philtoris deuincit. Alioq nullā ratio ca-  
pit, tam crasso capite viros, nī incātato s gratiā cū Musis initia-  
ros, mirificū pharmacū, quod qui miscet, altero orbe pene dissi-  
tum inebriat. At nos terræ filii apertius loquamur, & scapham  
scaphā, ferramq; ferrā vocare oportet. Germana veritas & inuio-  
lata virtus, quæ deos hominesq; in amorē sui pellicere queunt,  
ipsæ ipfissimæ sunt quæ nos huic deuinciunt. Videmur nunc no-  
bis videre, quid ad hæc modestia Ecciana. Quā iactet manū, ocu-  
los, caput. Quā manibus, pedibusq; contestetur, nihil vñq vero  
absimilius dictum. At sui mores finēdi sunt homini, quos præter  
mortem illi adimet nemo. Nos institutū nostrū certioribus argu-  
mentis quā asseueratione sola persequemur. Diu pleriq; nostrū  
nesciebamus atē ne an cādītus esset Luther⁹, sed & Lutheri no-  
men plane incognitū, ante paucos autē annos declamatiunculæ  
quædā populares illius, tumultuario & repētino vt videtur calo-  
re scriptæ, in manus nostras venerūt, in quibus decem præcepta  
Mosis enarrans velamē ab oculis illius remouet, vnde tum sua  
eruditio, pspicuaq; claritate p̄stitit, vt supra morē scholasticō-  
rum, indocti nos sublimius de Christo, sanctius de euāgelio sen-  
tiremus, positoq; supcilio parū imo nihil nobis, multū, imo om-  
nia Christo deo tribueremus, sic se se primū nobis insinuauit,  
mox fama super veniēs & virti innocentia docēs opinionē quam  
de illo habebamus cōprobauit. Quid faceremus bone Ecci, habē-  
dus ne erat odio, floccipēdēdus ne erat, ingrati ne esse debeba-  
mus. Quomodo tu eiusmodi tractares discipulos. Sub hæc cō-

A.iii. cionatores

6  
cōonatores quidā officiū sui male memores variis in locis, plus  
æ quo cōdonationibus Pontificū, quas indulgentias vocat tribu-  
entes, multos seducebant animos, cōfidentiū pollicitationibus  
huiuscmodi, vel abiecta veræ poenitētia cruce salutē se assecu-  
turos. Quid dolī, quid fraudiū, quid imposturā sub sanctimō  
niā prætextu p̄ maledictos nūgiēdos cōmittebatur, vel tacen-  
tibus nobis, nemo hodie est, q̄ nesciat. Silebat Theologi omnes,  
cōnivebant īmo probabāt Episcopi, Refutabat cōcionatorū nūl-  
lus, vnde ceu religio so silentio licentiosae iniquitati authoritas  
quotidie maior accedebat. Invalueratq; adeo id malū, vt iā non  
iubileo, & quinquagesimo quoq; anno, sed quotannis nō semel,  
sed iterū atq; iterū, nec arduis ex causis, sed plane tenuibus & cō-  
menticiis, nō sine animarū delusionibus quæstores multi obam-  
bularēt. Primus tūc omniū quem nos scimus Lutherus terū in-  
dignitate perpēsa, apud Vuittebergenses in scholis de iis rebus  
maturius propositis cōclusionibus disputare cepit, Quæ statim  
miraceleritate p̄ Germaniā sparsæ, & singulari fauore, a docti-  
simis etiā gbuluis a te forte aut ignotis aut cōceptis exceptæ,  
quod fraudes iā nō pauci subolerent, tametsi nullus periclitari  
vellet prim⁹ vt fieri solet. Hic tu cōtra antesignan⁹ crīstā erige-  
bas Eccl, turbatus cœlū, terrā, & omnia, modo saluæ manerēt  
indulgentiæ. Mittimus plæraq;, vbi ventū est in larenā, aiūt fri-  
gidiū nihil vñq̄ tractatū. Deploratasq; plane indulgētias, ita vt  
si reuiuiscere debeant vel nouæ excogitādæ, quibus illæ reducā-  
tur ex inferis vel simulachra mortuorū honorib⁹ prosequenda  
sint. Nōne ob hoc modestiā etiā tuā Magister noster eximie, de-  
ceret gratias summas agere Martino, qui si nulla, certe hac in re  
eruditiorē reddidit. At nō ideo dabim⁹ errores a nobis dissemina-  
tos, nisi eñi iā disseminata fuissent Lutheriana, quomodo ad  
nos, qui ex indocto vulgo sumus, & altero pene mūdo intercipi-  
mur puenissent? Annon hoc calcographorū negotium est, qui siā  
multatq; recētiore quæpiā suboleuerint, veritati cōsentanea, &  
applausibilia, vt lucrū faciāt, ea magis extorquent, quā ambiūt,  
imo magis surripiūt quā extorquēt, verū tua bella, ne delitescat  
quis fatagit? Nōne vix exoras certis cōditionib⁹, nec tradis sed  
obtrudis. Pauca tamen sub incudem redeunt nisi forsitan vt ma-  
gis traducare. Scis tu nunc s̄epius Lutherana & variis prēlis ex-  
cusa, & credis indoctos Canonicos rātum molestiarum voluisse  
subire, cum tua tamen interim apud non paucos, etiā doctos fa-  
stidiantur, etiam ab indoctis improbentur. Veritatē ne putas  
sub modio posse condi? Rem quæ ex deo est, aboliri posse credis.

At hinc

At hinc litis origo Tu errores vocas, nos sophistis hactenus a  
 gutis persuaderi non potuimus. Solis enim indocti nos iis libris  
 addicti sumus qui canonici & omnium cōsensu recepti, susq; deq;  
 facimus, si quid aliud efferatur, quod iis aduersetur, Magnificas  
 mus quaecumq; proximius accedunt sacris. Omnino, nec angelū  
 nec apostolū quemuis, vel e coelo venientem si contradicet Euā  
 geliis audiemus. Interpretationem autem Euangelicæ scriptu  
 ræ, quantumvis indocti simus, a priscis illis authoribus, qui non  
 tanto interallo, ab Apostolorum absuerunt temporibns disce  
 re malumus, quam a te farinæ tuæ præceptoribus. Et annalib  
 bus, historiisq; libentius nos credimus, quam humanis & tyran  
 nicis quibusdam constitutionibus. Papias Hieropolitanus au  
 ditor Ioannis insipiente ne & indocte tibi præfatus videtur, in  
 libros explanationis sermonū domini, quod noluerit varias op  
 niones sectari, sed Apostolos habere authores, vti de eo Eusebi  
 us & Hieronymus narrant. Verum viua illi oracula contigerūt,  
 Nos adicti necessitate literaris apostolorum, & quibus aposto  
 licus est spiritus monumentis contenti sumus. Iam satis liquidū  
 tu ne, an Lutherus Euangilio proprius incedat, vter receptiorib  
 bus nitatur authoribus, vter fidelius, eruditiusq; patrum dicta ci  
 tet, vter honestiorem scopum spectet, Fontes aquæ viuæ quæ  
 sumus, tu nos ad lacus detritos, & amneis turbidos duces? Chri  
 stum querimus vbi nascatur ostendatur. Igitur vel nos itineris  
 duces, tu sequere, vel te præeunte sequemur. Verum tu Herode  
 yaftior, & nos morareris si obsequeremur, nunc Vuicklefistas,  
 nunc Manichæos cognominares, & inter idola sophismatum cō  
 sidens, comitatum non policeris. Quo te rapit insana mordaci  
 tas, immodicumq; sententia tuae studium? Quis arrogantiā,  
 quis supercilium tuum ferat? Qui tua legunt & amplectūtur do  
 cti sunt, qui æmuli scira, rametii viciniora Euangilio & ecclesias  
 tis doctribus indocti & haeretici, Ne indocti dicamur, tua no  
 bis legenda, scilicet, ne cæci habeamur, oculi sunt effodiendi.  
 Habet succinctum qua ratione Lutherani simus. Quatenus Euā  
 geliis & Christianæ libertatis amicus est Lutherus, sibi nos deui  
 cit, id si & tu fueris, nihil erit, quo minus & tibi simus addicti.  
 Proinde non oportebat nos conuiciis a tua incessi modestia.  
 Neq; enim nos male audire debemus, qui sincera fide a Christia  
 nissimo Theologo non abhorremus, neq; Lutheri causa deteris  
 or est, qd & indoctis vti magis pia pbaſ. Fatemur inscitiā nostrā  
 & fortasse non minori gloria eā agnoscimus, quā tu laudes tuas  
 passim ebuccinas. Indocti sum⁹, nec scim⁹ præocinari lucri turpis  
 in inaneum

1051051. In immensum studiosissimorum nobis cum summo Pontifice con-  
mune est. Nam cum tu mercatorum conductitius, contractum  
societatis suæ plane iniquum, æquum declarari ab eo supplicibus  
peteres libellis, repulsam es passus, nimis quod supra captum  
Pontificis maximi tua erant commenta, quando venali lingua  
& manu paratus eras, omnem semel scripturam non modo coge-  
re, & torquere, sed & pessundare, ne redires inglorius. Indocti su-  
mus, non videmus enim, qua ratione perfecti Christum paupe-  
rem sequantur, si pro temporariis causis iacent, sed quid nimis  
ea in re & Erasmus illud saeculi nostri fidus nobiscum, te censore,  
hallucinantur. Indocti sumus, siquidem enumerare non possumus  
varias primitivæ ecclesiæ ceremonias, sed iterum se nobis  
associant plurimi viri alioqui doctissimi. Indocti sumus. Maie-  
statis diuinæ penetralia nō ingredimur, sed nec magnus ille Pau-  
lus apostolus erubescit ignorare, quæ tu in Chrysopasso coacer-  
nas. Indocti sumus, possemus tamen multa huius generis afferre  
in mediū quæ tibi magis q[uod] nobis dedecori essent futura. In sum-  
ma enim nulla tam auctoritate peregrinatio tua, quarum tu multis iu-  
ueniliter ne dicamus ostentanter commemoras, quæ non & tibi  
& patriæ fuerit de honestamento magis quam gloriae. Nullus tam  
parvus a te libellus editus est, qui non aut extremam sapit barbarie  
aut insignibus scateat erratis. Quare nō imprudenter feceris Eo-  
ci prudentissime, si aliquandiu te intra penates tuos contineas,  
& laudem quam non potes assequi verboſitate, silentio tibi vin-  
dices, Evidem quam impar cum doctis ineas certamē, hinc est  
mare licet, quod nec indoctis formidabilis esse coeparis. Neq[ue] ti-  
bi victoriam ex nobis temere polliceare, multi sumus indocti,  
et quamvis non omnes sophisticis spiculis certare callemus, non  
pauci tamen docti validos librare contos, Quos declinare non  
poteris nisi positis conuictis & prophanis ar-  
tibus vera Theologiae & Christo op-  
timi Maximo totum te tra-  
dideris,

**FINIS.**